Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

eos in obprobrium non suspicient
illud Ideo furore domini plenus
sum laborans sustinebo Effunde su-
per populum furorem tuum super infantes
nuscentes simul Vir enim cum mul-
iere capietur senex cum pleno dierum
et transibunt domus eorum ad alienos
agri et uxores earum quia extendam
manum meam super habitatores
terre dicit dominus Annunciate
quippe usque ad maiorem omnes auari
tiae studet a propheta usque ad sa-
cerdotem cuncti faciunt dolum Et cura-
bant contritionem filie populi mei cum
ignominia dicentes pax pax et non
erat pax Confusi sunt quia abomi-
nationem fecerunt qui proinde confusione
non sunt confusi erubescere nescierunt
Ideo cadent inter cadentes in
tempore visitationis sue corruent dicit
dominus Hec dicit dominus State
super uias et videte et interrogate
de semitis antiquis que sit uia bo-
na et ambulate in ea et inuenietis re-
frigerium animabus vestris et dixe-
runt Non ambulabimus et constitui
super eos speculatores et dixerunt au-
dite uocem tube et dixerunt non
audiemus Ideo audite gentes
et cognoscite congregatio quanta ego fa-
ciam eis Audi terra Ecce ego ad-
ducam mala super populum istum
fructum cogitationum eius quia
verba mea non audierunt et legem
meam proiecerunt Vt quid mihi
thus de saba offertis et calamum
suauem olentem de terra longinqua
holocaustomata vestra non
sunt accepta et victime veste non pla-
cuerunt mihi Propterea hec
dicit dominus Ecce ego dabo
in populum istum ruinas et
ruent in eis patres et filii simul
vicinus et proximus peribunt hec
dicit dominus Ecce uenit popu-
lus de terra aquilonis et gens
magna consurget a finibus terre
sagittam et gladium arripient audient
est et non miserebitur Vox eius
quasi mare sonabit et super equos
ascendent parati quasi uir ad pugnam
adiuuabitur filia sion Audiuimus
famam eius et dissoluta sunt manus
nostre tribulatio apprehendit nos
dolores ut parturientis Nolite exire
ad agros et in uiam ne ambuletis
quoniam gladius inimici pauor in
circuitu filia populi mei accingere
cilicio et conspergere cinere luctum
unigeniti fac tibi planctum amaru-
um quia repente veniet vastator super nos
Probatorem dedi te in populo meo
robustum et fortem et probabis uias
eorum Omnes isti principes declina-
tes ambulantes fraudulenter Es et
ferrum omnes isti corrupti sunt defe-
cit sufflatorium in igne consumpti
sunt plumbum Frustra conflauit
conflatorem malitie enim eorum non sunt
consumpte argentum reprobum uo-
cate eos quia dominus proiecit
illos

Verbum quod factum est
ad hieremiam a do-
mino dicens State in por-
ta domus domini et pre-
dicabis ibi verbum istum et dic Audite
verbum domini omnis iuda qui ingredi-
mini per portas has ut adoretis
dominum Hec dicit dominus exer-
cituum israhel Bonas facite uias
vestras et studia vestra et habitabo
vobiscum in loco isto Nolite confidere
in uerbis mendacii dicentes templum